



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDCIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

ga, tu es stella, tu es gratia fluius, Deitatis munda-  
cella.

*hymn.  
laus Ma-  
rie.*

1009 Alius graui peccato onustus, dum ab eo  
exonerari flagitaret, secundum quietem Virginem  
magno lumine circumfusam, & mirè exornatam,  
conspexisse se dixit, benignè admonentem; Oeti-  
gam concederet, & Societatis Sacerdoti crimen,  
patefaceret: sic enim futurum, vt quietis com-  
pos fieret. Nec vanum id fuisse euentus pro-  
bauit.

ANNO MDCIII.

1010 P. Petrum de Anasco grauiter ægrum  
implorata DEI Mater cum dulcissimo in sinu par-  
uulo inuisit, solara est, & promissâ corporis sanita-  
te ad militandum Christo incitauit, vt feruat de  
illo elogium, & annales.

*ob. 1603.  
12. Apr.  
In morbo  
illam ora-  
re.*

1011 P. Andrea Perez extinctum oculorum  
lumen restituit DEI Mater, materno illum affectu  
semper complexa. Ægrum dæmon ad lectulum,  
præfens horrendo bestię spectro formidabilis ter-  
rebat: sed adfuisse aiunt cum paruulo suo Virgi-  
nem Matrem, & fugato spectro Andream dulcissi-  
mo erga se amore accendisse.

*ob. 1603.  
30. Sept.  
Oculos  
suos illi  
dedicare.*

1012 Hoc anno 1603. apud Lugdunenses ado-  
lescens ne Societatem capesseret maternis lacrimis  
impediebatur. Ergo eam cui semper impensè ad-  
dictus erat Deiparam supplex orauit vt illa obicem  
salutis suæ amoliretur. Et ecce sub idem tempus  
absens Mater vocem hanc sibi audire visa est; Pec-  
catum hoc tibi imputabitur. Quæ vox tantum potuit,  
vt Filio potestatem fecerit, & à marito quoque be-  
nedictionem impetrârit.

*Impedi-  
menta vir-  
tutis per  
illam tol-  
lere.*

1013 Hoc anno 1603. 27. Septembris nautis  
periclitantibus, & Beatissimæ Deiparæ Chestocho-

*Annus  
dier. illust.  
30. Sept.*

*Hortari  
alios ad  
cultum  
B. V.*

uiensis honori vota concipientibus P. Martinus La-  
terna, anno 1598. in fidei odium cæsus, videri est  
visus in aëre sublimis, ac saluos fore prædixit; eos  
disertè hortatus, vt eorum quæ Deiparæ promise-  
rant implendorum fideles, pij, atque accurati me-  
minissent, nec eorum quicquam omitterent.

*Pro cre-  
bra con-  
fessione il-  
lam imple-  
rare.*

*Annua  
p. 459.*

1014 Lucernæ dæmon aspectu horridus foemi-  
næ nunc funem, nunc ferrum offerēbat; vt se interi-  
meret, semper illi infestus, eò quòd & crebrò &  
*nostris confiteretur.* Hunc illa MARIÆ nomine im-  
plorato semper vicit: & quò magis id illum agrè  
ferre videbat eò crebrius ad nostros aduentabat ad  
conscientiam expiandam.

ANNO MDCIV.

*ob. 1604.  
Ad breuiã  
dum pur-  
gatorium  
eius opem  
poscere.*

1015 P. Hieronymo Carualio purgatorium anxii-  
mente timenti se obtulisse fertur Virgo Mater, &  
ponere metum iussu, dixisse; se peccatoribus & hinc,  
& in igne purgatorij auxilio esse. Neque se ferre  
posse, vt cui ipsa adeò cordi fuisset semper, illis  
pœnis diu torqueretur. Adiecit; post annos xv.  
migraturum è vita: quod ipsum illi magno fuit  
compendio ad purgatorium breuiandum. *Spes no-*  
*stra, inquit S. Bonauentura, Spes nostra solida es, Virgo,*  
MARIA.

*Super Sal-  
ue Reg.*

1016 Narrabat saucius ille pictor de quo num-  
395. dixi, se ope Deiparæ perfanatum, voce illa  
noctu audirã: *Esto bono animo: iam sanus factus est.*  
*vulnera quæ excepisti sunt instar spineæ coronæ, vt in cæ-*  
*lum conscendas; Videreque sibi tunc visum Angelos,*  
coronam gestantes. Res est publico testimonio con-  
signata.

*Dolores  
cali cogi-  
tatione so-  
lari.*

*In tenta-  
tione illã,  
& Patrẽ  
spirituale  
consulere.*

1017 Barcinonæ iuuenis coram B. V. imagine  
supplex, & petens extingui in se cæcos ignes quibus  
inuitus assiduè ac turpissimè vrebatur, vocem sibi